



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

10 de acquisitione rerum per Traditionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

pretium huiusmodi p[er]tinet, non in re, sed in arte positum, l. m[er]it[is], l. 13. l. Labeo, 14. de verb. signif. ¶ Obseruandum t[ame]n in p[re]dictis accessionibus quæ rei cedunt, & quæ a dominis non possunt repeti per rei vindicationem, succurri tam[en] dominis per actionem in factum vtilem, pro rei æstimatione consequenda, l. idem Pomponius, scilicet, si frumentum, l. 5. §. de arbore, in d. glo. & l. in rem, §. item quæcumque, de rei vindic. P. Et si quis ex aliena materia in suo ædificauerit, duplum domino pro ea præstat, l. adeo §. cum in suo, de acquir. rer. dom. l. 1. in fi. de tigno inuncto. & conuictus alienam materiam surripuisse, furti actio ne tenetur, l. adeo, §. cum quis, de acq. rer. dom. Quod si quis in alieno fuerit, ædificaueritve suis expensis, idque bona fide, dominum qui ea petet poterit repellere exceptione doli, nisi sumtus & materiam æstimationem præstet: si autem mala fide, nihil repetit, l. quaratione, in princ. & §. 1. & l. ad eo, §. ex diuerso, de rer. diuisio. l. in fundo, de rei vind. in P. ¶ Hac t[ame]n ratione conductor qui bonæ fidei est possessor, impensas in re aliena, & solo alieno faciens repetit, l. habitator, de rei vind. in P. ¶ At si in solo publico suis cæmentis ædificans, tenetur demoliri, l. si de commissis, l. 11. §. si quis illicite, de leg. 1. ne quis in loc. publ. in P. Item si iuxta ædificia publica, propius i. §. pedibus, l. Meutiana, C. de ædific. priuati. l. 2. §. si quis, ne quis in loc. publ. in P. vel ædificia publico addicta, traduntur vendita sub pensione. ¶ Sunt t[ame]n hæc de re & leges apud Iustinianum in præcipuis: quatum generalis illa, è eo ἀποτέλει è δόξωι κτλ, ἢ οὐ τεύων, ἢ ἀπέρον ἢ ἀδοτι ἐργάζομεθα, ἐκ πρὸ τῆς τῆς δημοσίας, ἡνδὲ τῆς δημοτικῆς ἀναβάρων, id est, quis in alieno solo vel ædificat, vel plantat, vel serit, vel aliud quid operis facit, eius domino excedit, nec sumtus a se factos recuperat. Addit postea quod & mittat ipsas platas, & materiam etiam ædificii, vt actionem pro æstimatione non det, in legibus rusticis Iustina. titulo 13. πειν ναι νόστων, de operibus nouis, l. 2. 3. 5. Excipit tamen Iustinianus casum, quo quis sterilem fundam alterius absentis coluit, & ibi plantauit vineam, vel ædificauit, vt redeunte domino post temporis interuallum, non liceat domino soli domum demoliri, vel vineam eradicare: si qui fecit tantundem terræ, vbi dominus soli voluerit, paratus si reddere: quod si id non possit præstare, liceat id ipsum domino, Iustinian. in d. tit. 13. legum Georgia. l. 1.

17 ¶ Confusio t[ame]n dicitur, cum materia mixta non manent in eadem substantia, sed confunduntur simul, l. 5. de rei vindic. vel diuersæ substantiæ, vt dum ex melle & vino, fit mulsum: vel in rebus eiusdem substantiæ, vt si vina miscantur, si duo vel plures mase argenti, vna conflentur. Commixtio est, cum corpora, remanente eadem substantia singulis mixtis, vniuntur, vt dum oues, triticum, & similia iunguntur, §. si duorum materie, de rer. diuis. l. 8. rer. mixtura, 30. de vsucap. ¶ Confusio t[ame]n rerum duorum dominorum ex eorundem voluntate facta, vel transfert dominium, l. nisi voluntate, 25. de acquir. rer. dom. vel communicat pro parte confusa, dicto §. si duorum, & l. m[er]it[is], 25. de acq. rerum dom. l. adeo, 7. §. voluntas, eod. l. 3. & §. de rei vindic. Quod si præter voluntatem domini res aliene confusa sunt ab aliquo cum suis, vel mixtæ, distinctioni locus est, an materia aliena additam formam mutauerit, vt si ex mea lana fecerit tibi vestimentum, ex meis tabulis nauem, tua erit nauis & vestimentum, l. sed sex meis, 26. de acquir. rer. dom. Sicuti rebus alienis cum tuis confusis, quæ eius sunt natura, vt separari non possint, eius sunt cuius nomine factæ sunt, vel confusæ per specificationem, l. quicquid, 27. §. vbi simul, de acquir. rer. dom. in P. l. adeo, §. cum quis, eod. tit. §. cum ex aliena materia, de rerum diuis. At si materia confusa, vel in aliam speciem translata possit redire in priorem formam, tunc materia remanet prioris domini, vt si æs cõflatum vel aurum; possunt enim in priorem redire materiam, vel si alieno argento tuum addideris, si cypho fundum aut anam, aut lecto fulcrum, si partes duorum dominorum ferruminatione coherent, dicto §. cum ex aliena. l. sed si ex meis, §. 1. & l. quicquid, eod. Sic in quibus & granis commixtis, pro quibus datur actio ad repetitionem, l. 3. in fi. l. 5. l. in rem 23. de rei vindic. in P. & arbitrium iudicis est quanti æstimet res alias commixtas, §. si duorum, de rer. diuis. ¶ Ceterum t[ame]n quamuis iure gentium videatur factus dominus, qui ex rebus alienis speciem nouam facit, vt ex vuis vinum, ex oliuis oleum, si in bona fide sit, tamen iure ciuili, qui mala fide rem alienam in nouam speciem transfundit, non potest fieri dominus, l. de eo, 12. §. si quis, ad exhiben. Quod & in miscente & confundente res alienas suis locum habet; quin & in furtum incidit sic contractando lucrandi animo, inuito domino, §. 2. de vsuc. l. si oleum, 78. de solutio. Et licet extinctæ res vindicari non possint, tamen condici possunt, vt a furibus, l. rerum, 25. rerum amota. in P. l. cum procuratori, 14. de

condic. causa. P. l. si pignore, 2. §. 1. de pignor. actio. §. si stamon, de rer. diuis. Ita qui sciens rem alienam esse, ius committit, tenetur ad exhibendum, l. de eo, §. si quis, ad exhiben. P. id est, vt ait Accursius, in d. §. si quis, cond. etio. furtiua.

De Acquisitione rerum per Traditionem.

C A P. 10.

- 1 Traditio quid.
- 2 Traditio sola non facit dominii translationem, & qua requiratur eius rei causa, & 3. & seq.
- 3 Traditio plus iuris non confert, quam habeat tradens.
- 4 L. Traditionibus, C. de pact. explicatio.
- 5 Traditionis vim causa tradendi limitat.
- 6 Traditio legitima quarum rerum transfert dominium.
- 7 Mancipi & non mancipi qua res dicebantur, & quid mancipatio.
- 8 Traditio propria rerum corporaliu[m], propriissime mobiliu[m]: in incorporalibus pro traditione patientia, & vsus.
- 9 Traditionis loco fiti sunt, & transferunt dominium, adeptio possessionis immobilium, aduocatio, in domum translatio, insus, transferendi a p[er]ceptu, vsus cum patientia domini, datio clauium, datio instrumenti, vsus fructus retentio, conductio, consuetudo, verbalis restitutio.
- 10 Possessionem spirituale[m] seu incorporaliu[m] quomodo consequamur.
- 11 Possessio beneficii quomodo detur, eod.
- 12 Interdicta adspicende possessionis qua.
- 13 Interdictum quorum bonorum.
- 14 Heres quando propria auctoritate hereditatem adire possit.
- 15 Interdictum quorum legatorum, quando detur.
- 16 Saluianum interdictum pro quibus competat.
- 17 Exsecutor testamentarius est in possessione bonorum hereditatis, consuetudine regni Galliarum.
- 18 Possessionis bonorum agnitio symbolica.

Traditio t[ame]n est actus quidam corporalis, per quem a nobis res procedens, & in alium, & ad alium peruenit, quasi transiitio dicta, vel translatio, a præpositione trans, vltra, quæ in compositione sæpe amittit ns, vt in traduco, traicico, & similibus. Theophilus, in §. est & naturalis, de rerum diuis. in instr. iuris ciuili, traditio est, de manu in manum translatio, naturalem minimeque multæ solemnitate actum, & qui facile abscipi possit, continens. ¶ Proinde t[ame]n traditio erit actus per se nudus, nec sufficiens ad dominii translationem, sed tantum ad corpora danda, & ex vnius manu ad aliam muranda. Et qui obligatur ad tradendum, non tenetur dominium transferre, sed tantum res præstare, Paulus, l. si rem tradi. 8. de verb. obl. P. l. exemplo, de act. em. Et ita olim, teste Vlpiano, in Vp. titulus, ritu. 19. fuisse propriam rei alienationem, traditio nem: per quam nec mancipi reru[m] dominia, ipsa traditione apprehēdimus, scilicet, inquit, si ex iusta causa traditæ sunt nobis. Quare sola traditio & nuda, sufficiens non est ad dominium transferendum, nisi habeat quoque, quæ lex requirit, l. nunquam nude, de acq. rer. dom. l. 1. §. fin. de publ. in rem act. nempe causam & voluntatem domini tradentis eo animo, vt velit rem suam in alium transferri, & quod ipse tradens sit dominus, §. per traditionem, de ver. diuis. apud Iustinian. ¶ Nam t[ame]n dando rem, si non sit dominus, non potest plus iuris in alium transferre, quam ipse habeat, l. traditio, de acquir. rerum dom. l. clauibus, 74. de contrab. em. P. aut nisi potestatem a domino acceperit, qualis datur procuratori, & creditori, l. non est nouum, 46. & l. quaratione, 9. §. nihil, de acquir. rer. dom. Voluntas est Causa cur dominium transferatur; medium transferendi est Titulus, veluti voluntatis expressio: traditio autem effectus voluntatis, causa legitima, contractus sunt & obligationes, quæ obligant ad dandum vel faciendum, l. obligationu[m] substantia, de actio. in P. Et proinde qui duobus vendidit eandem rem, & ita in voluntate variauit, etsi is potior sit qui rem habuerit, crimine ramentationis tenetur alteri, l. quoties, de rei vindic. C. l. qui duob. ad leg. Cornel. de fals. sed traditio firmat voluntatem. ¶ Quare t[ame]n scriptum inuenies, traditionibus & vsucapionibus, non nudis pactis dominia rerum transferri, l. traditioibus, C. de pact. quia pacta per se non inhihent, vt dominus qui pactus est tradere vni, non possit cum dominii translatione alii dare, etsi ob fraudem, vt proxime dixi, deceptus actionem ex suo contra-

ctū ha-

etiam habeat, & quanti sua interstiti repetat. Quare & qui rem emtam sine voluntate vendentis propria auctoritate occipit, praedon non iustus possessor censetur, *l. si ex stipulatione, §. l. fundi venditor, de acquir. poss. in P.* vt contra, qui patitur rem a se donatam voluntate sua extrahi, quodammodo eam traditione transferre videtur, *l. qui saxum, de donat. in P.*

¶ Limitat ¶ & causa traditionis effectum. Nam qui ex deposito, *l. licet, de pos. in P.* commodato, *l. rei commodatae, §. sequent. commod. precario, l. certe, §. is qui alieno, de precario.* tradit, non transfert dominium: sicut necis possidere videtur, qui iure familiaritatis amici fundum ingreditur, *l. qui in re, de acquir. poss. de ficiente voluntate.* Ergo vt traditio transferat dominium, concurrat oportet cum ea voluntas domini, quam sequi non oportet. Quia nihil magis naturale est, quam voluntatem domini, in alium volentis rem suam transferre, ratam haberi, *dicto §. per traditionem, l. quod vero, §. si de acquir. poss. in P.* De hinc & simul causa, & titulus, potissimum potestas alienandi, quae & ad voluntatem & modum alienandi pertinet. Nec voluntas sine potestate, nec potestas sine voluntate, actum hominis perficit, *leg. multum interest, si quis alteri vel sibi C. leg. 3. de iure codicil. in P.*

¶ De ¶ hac itaque traditione istis vallata substantialibus, quam legitimam dico, agamus, & primum annotemus, eam transferre dominium, ex Iustiniani constitutione, in *§. per traditionem, de rerum diuis. rerum corporalium cuiuscunque sint generis, sublatra videlicet distinctione rerum mancipi, vel non mancipi, quae olim erat in usu.*

¶ Mancipi ¶ tres erant praedia, quae in Italico solo erant, tam rustica, qualis fundus, quam urbana, qualis domus. Item iura praediorum rusticorum, vt via, iter, actus, aqua ductus. Item serui, & quadrupedes, quae dorso collouere donantur: velut boues, muli, equi, asini, quae res non alienabantur per traditionem, nisi accederet mancipatio, quae fiebat certis verbis, libripende, & quinque testibus praesentibus, & inter tantum ciues Romanos, & Latinos, colonarios, & Latinos Iunianos, & eos peregrinos quibus commercium datum erat, *tradit. P. Iulianus, in titulis, titulo 19. Boetius, in Topio.* Erat autem mancipatio, imaginaria venditio, adhibitis quinque testibus ciuibus Romanis, puberibus, & libripende, *Boetius, lib. 3. comment. in Topio, Cicero.*

¶ Sultulit ¶ has solemnitates Iustinianus; voluit tamen proprie traditionem de rebus corporalibus intelligi: nam & incorporales proprie traditionem non recipiunt, *l. seruis, 4. 2. §. in corporales, de acquir. rer. domi. l. 3. §. si inter, de act. emr. P.* Quare & traditionis loco patientia domini, & usus illius, cui dominus ius suum queri vult, & ita quasi traditio ius reale in his transferretur, *l. 3. de usufruct. in P. l. 3. §. si inter, de act. emr. l. quoties, 2. 0. de serui. l. si forte, 6. §. sciendum, in fine, si serui, vindicet. l. si ego, §. 1. de publico, in rem actio. l. 1. §. in. de serui. rust. C. l. si are, si serui, vindicet. in P. & per cautionem cum usu, l. quoties, 2. de serui. in P.*

¶ Propriissime ¶ quoque inter corporalia, traditio dicitur de mobilibus, quae manu tradi possunt. Rursum & improprie traditio erit, si dea traditio, scilicet id quod pro traditione rei esse placuit. Vt primum in immobilibus, quae tradi manu non possunt, habetur pro traditione adeptio corporalis possessionis, quae transferat titulum dominium in possidentem, *l. licet, C. de acquir. poss. l. 3. §. l. cum heredes, eod. tit. in P.* Quae & fictiones alias habet, vt translatio facta censetur dominii: veluti si rem rebus meis adiungi, vel in domum meam transferri iusserim, *l. quod meo, §. si venditorem, de acquir. possessione.* & aliis modis notatis, in l. 1. C. de acquir. poss. Supplet & traditionem aspectus corporalis, quo res supposita tradenda, tradi transferriue & acceptari censetur, *l. 1. si iusserim, de acquir. poss. P. l. pecuniam quam mihi debes, de soluto, in P.*

Dehinc censetur facta traditio, si quis re, quam legitimo titulo habet, patiente domino cuius ante res erat, vtitur, *l. 2. C. de acquir. poss. Item datione clauium censentur res, quarum clauis sunt, vel quae concluduntur clauibus, traditae, l. clauibus, de contrahen. emr. P. l. 1. §. penult. §. l. quarum iam, de acquir. poss. Sicuti etiam instrumentum rerum emtarum, vel debitum traditio, censentur res eo contentae translatae, *l. 1. C. de donat. l. 2. de pact. in P.* Per acceptationem quoque in dotis specie, in l. licet, §. 1. de iure dot. in P. Si quis quoque donauerit aliquid & rei donatae retinuerit vsum fructum, videtur fictione iuris eo ipso traditio & translatio dominii in donatarium facta: sic & in aliis contractibus, *l. qui quis, 28. de donatio. lib. 8. C. in. 54.* Qui donauit per epistolam, etiam si*

ab eo cui donauit conduxerit rem donatam, videtur traditio & translatio facta, *l. quaedam mulier, de rei vindic. in P.* nam & alterno ministerio, & per alios nobis acquiri possessio potest, *l. quod meo, de acquir. poss. Sed & placuit, vt si quis qui verus dominus erat, post alienationem constituit & proficitur se nomine alterius possidere, transferre in illum, cuius nomine se constituit possessorem, dominium & possessionem, l. sicut, §. superuacuum, quib. mod. pig. vel hypoth. sol. in P.* Pari modo, quando reatus de restituenda hereditate, statim is cui restituitur, in bonis hereditate restituendam habere videtur, facta verbali restitutione: quamuis possessionem non fuerit nactus corporalem, *l. facta fideicom. nisi restitutione, l. 63. ad senatus. Trebel.*

¶ In ¶ rebus spiritualibus, vt in beneficiis, fit adeptio & translatio possessionis iure ciuili, per quasi traditionem, vt in aliis iuribus, & incorporalibus. Itaque fit missio in possessionem per eum, cui beneficium contulit, aut eius delegatum, vel per ingressum ecclesiae collatae, aut per tactum vestis, vel campanae eius, vel alio modo, secundum consuetudinem, vt per scortationem, *in c. 2. de consuet. & vide ibi glo. in verbo, signum.* Sic annuli traditio, signum est inuestiturae & traditionis, *c. ex ore, de his qua sunt a maiori parte caput. vide qua diximus in feudis de inuestitura signis, vt & inuestitura ipsa, est signum traditae possessionis, cap. per tras, de donatione.*

¶ Est ¶ & modus possessionis acquirenda vel nanciscenda per interdicta praetoria adipsenda, *l. 2. §. adipsenda, de interd. in P. lib. 43. in u. 1. §. sequens, eod. tit. apud Iustinianum.* Quae interdictum quorum bonorum, quod directum ei competit, cui praetore delata est bonorum possessio, contra enim qui bona defuncti tenet pro herede vel possessore, *dict. §. sequens, vers. adipsenda, l. 1. quorum bonorum, in P.* At vile datur etiam hoc interdictum ciuili heredi, *l. 1. quorum bonorum, C. §. Nam ¶ quamuis heres institutus propria auctoritate possit hereditatem adire, l. 1. de bon. poss. P. l. vltima, C. qui admr. ad bon. poss. poss. l. cum heredes, 23. de acquir. poss. in P.* non tamen hoc facere potest, si alius hereditatem possideat, *l. 3. §. 1. de bon. poss. P.*

¶ Accedit ¶ aliud, quorum legatorum, quod competit heredi contra legatarios, qui propria auctoritate legatum acceperint, *l. 1. quorum legatorum, P.*

¶ Item ¶ Saluianum interdictum, quo expeditur dominus pro rebus coloni pignorat, *l. 1. de Saluian. interd. P.* quod differt a Seruiana actione, *§. item Seruiana, de act. in P.*

¶ Imbertus ¶ scribit, in *Enchiridio, in testamentaria executio, 1. §. ne, ex consuetudine regni Galliarum generali, executores testamentorum esse in possessione omnium bonorum defuncti, quantum sufficere possint ad implendam eius voluntatem, nulla alia corporali apprehensione possessionis reali requisita, non solum in exsequendis legatis piis, quod consentit Baldus, in cap. 2. de consuetud. sed & pro aliis.*

¶ Erat ¶ quaedam etiam agnitio bonorum possessionis, ordinanda tantum ius causa facta, propemodum symbolica, dum filius emancipatus vel posthumus alienus, vel quilibet alius cognatus iure ciuili exclusus, humanitate praetoria admittitur, & accusare testamentum volebat. Prius namque quoddam signum, puta annulum, vel quamlibet rem hereditariam petebat, vt sic praetore recognitus, a iudice quoque admitteretur, *vide Alciatum, l. 8. parergon iuris, cap. 24. c. ita Accur. in l. Papin. §. 1. de inoff. testam. in P.*

Per quas Personas acquisitio fiat possessionis, & dominii. Cap. 11.

- 1 Acquirimus nobis per nos, & per alios.
- 2 Acquisitionis persona omnes idoneae, nisi nominatim prohibeantur.
- 3 Acquirere qui non possunt, & seq.
- 4 Manus mortuae homines in Gallia qui dicantur.
- 5 Alienigenae in Gallia incapaces beneficiorum & officiorum, sine gratia.
- 6 Acquirimus per eos qui sunt in nostra potestate, per filios, per seruos nostros, & eos in quibus vsum fructum habemus.
- 7 Et quatenus per tutorem.
- 8 Per hominem bona fide nobis seruientem.
- 9 Per Procuratorem.
- 10 Acquirimus ad iudicationem sententia.
- 11 Emrum meo nomine pecunias alienis, meum est.